



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et  
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ  
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransis Thesaurarij  
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

**Barbosa, Agostinho**

**Venetiis, 1643**

8. Monasteria Sedi Apostol. immediatè subiectadeputent personas quolibet triennio, quæ liberè statuant, & deliberent, ac visitent, & si negligentes fuerint, suppleat Metropolitanus prouinciæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14108**



- numbris 1585. Circa verò primam partem adest Rota decisio coram Duran 23.2.num.3. Ibi, Quod verò ulterius deducebatur in electione Abbatisse requiri duas ex tribus partibus Capituli, per text. in cap. indemitatibus, §. sanè, in princ. de elect. lib. 6. domini dixerunt non esse verum, sed sufficere maiorem partem eligentium, habito respectu ad Capitulum, ut dictum est ex reg. text. in cap. quia propter 32. de elect. & in cap. dudum, cum alijs eiusdem tit. de elect. lib. 6. Et clarè, deducitur ex text. in d. §. sanè, vers. verum si qua, usque ad fin. Nauarr. cons. 5. de elect. & in specie Miranda in man. Pralat. Regul. tom. 2. q. 23. art. 27. conclus. 2. Et idem in tract. de Monial. q. 7. art. 4. Anton. Cuch. in §. maior. Canon. lib. 4. tit. 1. ar. 291. Rodrig. to. 2. q. Rogul. q. 55. art. 4. qui ibidem art. 1. in princ. dicit hoc idem cauum esse in statu Ordinis Cisterciensis, Noque obstat text. in d. §. sanè in princ. quia quod ibi dicitur de duabus partibus, procedit ad effectum, ut electa à duabus partibus possit confirmari appellacione remota, etiamsi à minori parte contra eius personam defectus obijciatur: non ut autè propterea electio à maiori parte facta nō teneat, quia aliter text. ille esset sibi contrarius in d. vers. verum. Miranda de monialib. & Cuch. ubi supra. Hactenus decisio, cui tamen videtur aduerfari alia eiusdem Rotæ apud Tamburin. post tom. 3. de iure Abbatum decis. 17. num. 5.
7. In casu discordiæ inter Moniales volentes eligere, non possit superiorem ipsarum, aut scrutatorem dare votum in electione Abbatisse, vel Priorisse refert decisum Laour. var. lucubrat. tit. 4. cap. 24. num. 42.
8. Non minor annis quadraginta. Vide Hieron. Roderic. d. resol. 2. num. 5. Tamburin. d. disp. 28. q. 2. num. 4. Laurent. de Franchis ubi supra pag. 154. in resp. ad 1. Lezana d. cap. 26. num. 3. Rota apud eundem Tamburin. post tom. 3. sui tract. de iure Abbatum decis. 17. n. 2. Circa quanti aetatem non possit Episcopus dispensare, refert decisum Armenat. in addit. ad recopil. legum Navarra lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis num. 102. resolunt. Azor. in §. moral. part. 2. lib. 6. cap. 5. q. 9. Nicol. Garc. d. cap. 4. num. 71. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. decis. 309. num. 9. part. 4. Sigism. à Bononia de elect. dub. 62. nu. 6. Nouarr. in singularib. concl. 13. num. 2. vbi num. 3. contra Garc. citato loco tenet, quod prædicti quadraginta anni non requiruntur completi.
9. Electio Abbatisse, quæ aetatem 40. annorum requisitam non habebat, si in monasterio non deesset alia Moniales quadragenariæ quæ habiles, licet non adeo idoneæ, sicut electa, est nulla, ita Aldan. d. tit. 28. num. 11. referens sic fuisse decisum in Viterbien. 16. Maij 1623.
10. Constitutio Gregorij XIII. super mutatione officij Abbatisse, ac Priorisse Monialium in Italia existentium, singulis quibusque triennis, obseruari debet in omnibus Monialium monasterijs quarumvis militiarum, etiam Hierosolymitanoam, Aldan. d. tit. 28. num. 12. dicens sic fuisse resolutum per factam Congregationem Episcop. sub die 22. Maij 1604.
- Abbatissa, aut Priorissa expleto officiorum triennio non possunt denuò eligi ad eadem officia, absque Sedis Apostolicæ, aut sacræ Congr. licentia, prout asserit decisum Aldan. d. loco.
- Abbatissa soror potest succedere in officio sorori, si Canonice eligatur, dummodo non adfit aliquod impedimentum legitimum circa eius personam, vel prohibeatur per constitutiones Ordinis, ita Aldan. d. tit. 28. num. 15. vbi refert decisum ab eadem S. Congreg. in Vlixbonen. 19. Aprilis 1619.
- Monialium scrutatores in electione Abbatissarum, & aliarum superiorum, non possunt supplere pro numero votum requisitarum in huiusmodi electione, seu in casu discordiæ. Aldan. d. tit. 28. num. 20. vbi asserit resolutum sub die 24. Maij 1621.
- ¶ Duobus verò monasterijs nulla præficiatur. Vide Flam. Paris. de resignat. benefic. lib. 3. q. 18. num. 40. vbi num. 43. subdit Abbatissam non posse præfici, & habere duo monasteria, etiam si vnum habeat in titulum, aliud vero in commendam.
- ¶ Is verò, qui electioni præsit Episcopus, &c. Vide Nauarr. in cap. statuimus 19. q. 3. num. 59. Franc. Leo d. part. 2. cap. 1. num. 46. Fr. Emman. quest. regul. tom. 1. quest. 46. art. 5. Fr. Ioan. à Cruce de statu Relig. lib. 1. cap. 5. dub. 2. concl. 3. notab. 3. propè fin. Fr. Ludou. Miranda in man. Pralat. tom. 2. q. 2. a. 15. concl. 3. & q. 7. art. 3. concl. 3. Sanch. in præcepta Docalogi tom. 2. lib. 6. cap. 16. num. 50. Hieron. Venero in examine Episcop. lib. 6. cap. 28. num. 7. & 8. metipsum de officio, & potest. Episcopi part. 3. alleg. 102. num. 46. obseruantes, quòd si Prælati prudenter iudicent non posse fieri canonicè dictam electionem ipsis non intratibus ob inquietudinem Monialium, & suspicionem subornationis votorum inter ipsas suborte, aut ob alias iustas causas à superioribus prudenter arbitrandas, tunc solum licitè poterunt prædicta ingredi monasteria, ibiq; ipsarum Monialium vota audire.
- Nouissimè Gregorius XV. fel. rec. in sua constit. de exemptorum priuileg. incip. Insuperabili, sub dat. 9. Februarij 1622. circa hanc materiam electionis Abbatissarum statuit in hæc verba. Ac similiter possit Episcopus unà cum superioribus Regularibus quarumcumque Abbatissarum, Priorissarum, Præpositarum, vel Praepositarum eorundem monasteriorum quocumque nomine appellentur, electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere, absque vlla tamor. ipsorum monasteriorum impensa. Hactenus dicta constitutio, super qua postea sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium Concil. Trid. interpretum censuit ius confirmandi Abbatissas, minimè fuisse Episcopis per eiusmodi constitutionem attributum, quam quidem declarationem originale præ manibus habui, impressamque vidi in Typographia Cameræ Apostolicæ de anno 1624.

Monasteria Sedi Apostolicæ immediatè subiecta deputent personas quolibet triennio, quæ liberè statuunt, & deliberent, ac visitent, & si negligentes fuerint, suppleat Metropolitanus Prouinciæ.

C A P V T VIII.

1 Doctores de materia cap. agentes.

2 Capitulum generale triennale si non conuocauerint Regulares à quibus ad id sint compellendi.

Monasteria omnia, quæ generalibus Capitulis, aut Episcopis non subsunt, nec suos habent ordinarios regulares Visitatores, sed sub immediata Sedis Apostolicæ, protectione, ac directione regi consueuerunt, teneantur infra annum à fine presentis Concilij, & deinde quolibet triennio sese in congregationes redigere, iuxta formam constitutionis Innocentij III. in 2 Concilio generali, quæ incipit: In singulis ibiq. certas regulares personas deputare, quæ de modo, & ordine, de prædictis congregationibus erigendis, ac statutis in eis exequendis deliberent, & statuunt. a Quòd si in his negligentes fuerint, liceat Metropolitanò, in cuius prouinciâ prædicta monasteria sunt, tanquam Sedis Apostolicæ delegato, eos pro prædictis causis conuocare. Quòd si infra limites vnus prouinciæ non sit sufficiens talium monasteriorum numerus ad erigendam congregationem, possint duarum, vel trium prouinciarum monasteria vnã facere congregationem. Ipsi autem congregationibus constitutis illarum generalia Capitula, & ab illis electi Præfides, vel Visitatores eandem habeat auctoritatem in sue cõgregationis monasteria,

Barbof. Collect. in Concil. Trid.

Gg 3 ac

Cap. in singulis de statu monach.



ac regulares in eis commorantes, quam alij Præsides, ac Visitatores in cæteris habent Ordinibus: teneanturque suæ congregationis monasteria frequenter visitare: & illorum reformationi incumbere: & ea obseruare, quæ in sacris Canonibus, & in hoc sacro Concilio sunt decreta. Quod si etiam, Metropolitanano iustante, prædicta exequi non curauerint: Episcopus, in quorum diocesis loca prædicta sita sint, tanquam Sedis Apostolicæ delegatis, subdantur.

**V** Ide Nauarr. commento 3. de Regular. num. 3. vers. sexto, & in cap. statumus 19. quest. 3. num. 22. vers. quarto, Hieronym. Venero, y Leyua in examini Episcoporum. lib. 6. cap. 21. num. 7. nouissime Stephan. V. Veyms in constitutiones 24. ex iure antiquo desumptas, & per Concil. Trid. in nouas, constit. 14. pag. 125. cum seq. ubi dicitur innouari cap. in singulis Regnis, de statu monach. per hoc decretum Concilij, & vnum ac alterum diuersimodè declaratur.

**1.** Quod si in his negligent, &c. Regularis, qui ob Prælatorum negligentiam, Capitulum generale trinennale

non conuocauerint, à Metropolitanò Prouinciæ, ubi monasteria eorum sunt, ad id compellendos esse; Yin verò illo instante, ne dum se in Congregationem redegerint, nec Capitula triennalia fuerint, Episcopis ordinarijs loci tanquam à Sede Apostolica ad id delegatis, subijci per hunc textum consulit Nauarr. consil. 83. de Regularib. in antiq. alijs consil. 18. de statu Monachor. in nouis, & tenent Sayr. in floribus decis. sub illo titulo de Regularib. decis. 89. Hieronym. Venero dict. libro 6. capitul. 8. num. 12.

*Monasteria Sanctimonialium Sedi Apostolicæ immediatè subiecta ab Episcopis locorum gubernentur.*

C A P V P IX.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Moniales Sedi Apostolicæ subiectæ ab Episcopo sunt gubernandæ spirituali gubernio, sed non temporali.
- 3 Administratores bonorum temporalium Monialium quis deputare valet.
- 4 Officiales, & ministri monasteriorum Monialium

- quibus qualitatibus eligendi,
- 5 Moniales in refectorio communi concedere, & in loco etiam communi laborare debent.
- 6 Monialibus non committitur clavis custodiae sanctissimi Sacramenti,
- 7 Reliquiæ non in monasterijs Monialium, sed in exterioribus Ecclesijs asseruari debent.

**M**onasteria Sanctimonialium, sanctæ Sedi Apostolicæ immediatè subiecta, etiam sub nomine Capitulorū sancti Petri, vel sancti Ioannis, vel alijs quomodocunque nuncupentur, ab Episcopis tanquam dictæ Sedis delegatis gubernentur, non obitantibus quibuscumque. Quæ verò à deputatis in Capitulis generalibus, vel ab alijs regularibus reguntur, sub eorum cura & custodia relinquuntur.

3 Cap. cognouimus. 28. q. 1.

1. **V** Ide de materia Hieronym. Venero, y Leyua in examine Episcoporum lib. 6. cap. 21. num. 5. Stephan. Daltin de potest. Episcop. & Abbatum, cap. 30. num. 6. Non possunt hæc monasteria exempta visitari à Capitulo, Sede vacante Abb. in cap. cum olim num. 3. & ibi Felin. num. 3. ad fin. de maiorit. & obediens. Rota in Burgen. turis visitandi 1. Iulij 1596. coram Orano.
2. Moniales Sedi Apostolicæ subiectas ab Episcopo esse gubernandas spirituali gubernio, sed non temporali, refert decisum Armendar. in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 2. tit. 18. l. 7. de Religioib. num. 92. ubi num. seq. subdit pariter resolutum per hoc decretum nullam iurisdictionem esse concessam Episcopo in monasterijs Sedi Apostolicæ immediatè subiectis, nisi in concernentibus spiritualia, in temporalibus verò nihil agere posse.
3. Ordinarij, nec Regulares, etiam in Capitulis eorum generalibus, non possunt deputare administratores bonorum temporalium Monialium particulares Religiosos cuiuscunque gradus, aut præminentie, etiam si superiores monasteriorum fuerint, vt refert decisum Sel. in

selest. Canon. 29. num. 12.

Quoad officiales, aut ministros monasteriorum Monialium, ætas nulla determinata est, sed eligendi sunt, qui morum grauitate, virtutumque ornamentis, & alijs honestis qualitatibus sunt præditi, vt per Sel. dict. cap. 29. num. 13.

Moniales in refectorio communi comedere, & in loco etiam communi laborare debent, ex eod. Sel. citato loco, qui refert ita decisum à Sac. Congreg. Episcop. in Messanen. 1. Augusti 1603.

Monialibus non committitur clavis custodiae sanctissimi Sacramenti, sed penes eum Sacerdotem semper esse debet, ad quem spectat illud administrandi cura, Sel. d. cap. 29. num. 25. ubi asserit ita resolutum ab eadem Sac. Congregat. in Valli soletana 12. Ianuarij 1604.

Reliquiæ non in monasterijs Monialium, sed in exterioribus Ecclesijs asseruari debent, vbi de locis decentibus provideatur, vt per Sel. d. cap. 29. num. 28. qui dicit ita fuisse ab ead. Sac. Congreg. decisum in Faentina 7. Martij 1617.

*Monialibus bis, aut ter in anno ab Episcopo, vel Superioribus offeratur extraordinarius Confessor. Iuxta septa monasterij non conferuetur sanctissimi Christi Corpus, sed in publica Ecclesia.*

C A P V T X.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Præceptum obligatorium non est vt Moniales saltem semel singulis mensibus confiteantur.
- 3 Moniales saltem semel singulis mensibus confiteri,

& SS. Eucharistiam suscipere debent.

- 4 Confessores in monasterijs Monialium, quæ sub cura Regularium existunt, non sunt examinandi ab Episcopo.

5 Monialibus